



**Tractatus De Executoribus Ultimarum Voluntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

37. Executor si opposuit pactum in venditione rerum hæreditariarum, quod emptor retrovendat pupillis, emptor non poterit postea reuendere in præiudicium pupillorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

te pecunia. Ex quo sequitur, quod non potest  
 habere fidem de pretio sicut nec fiscus vel eius  
 procurator: ut l. si procu. cum ibi not. de iure  
 fisci. & sicut executor sententiæ: ut l. à duo  
 Pio §. empto. ff. de re iu. nisi fortè talis execu-  
 tor habeat mandatum cum libera ad venden-  
 dum: quia tunc posset, si ageret bona fide: ut l.  
 qui Romæ §. Callimachus. ff. de verb. oblig. Et  
 36 similiter † non proficeret instrumentum con-  
 fessionis de recepto, cum pecunia non est præ-  
 sens nisi addatur in instrumento, quòd re vera  
 habuerunt & receperunt in præsentia notarij  
 & testium: quia per talem confessionem non  
 impleretur causa satisfactionis legatorum: ut l.  
 sed Iul. §. proinde. ff. ad Macedo. l. si ex cau.  
 C. de non nu. pec. l. 1. §. quid si liter. & §. quid  
 si mutuam. C. si in frau. patro. Addit tamen  
 Sali. quòd talis vendens non indiget decreto,  
 etiam si heres sit minor l. 3. C. quando decreto  
 37 opus non est. † Item adde, quòd si executor in  
 venditione opposuit pactum, quòd emptor re-  
 trouendat pupillis, quòd nõ poterit postea ven-  
 dere in præiudicium pupillorum: ut tenet  
 Alex. vol. 3. cons. 35.